Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



huic fœnus vnde sit. Ihesus autem
eū venerit: nemo scit vnde sit. Cla
mabat ergo ihesus in templo do
cens et dicens. Et me scitis. et vnde
sum scitis: et a me ipso nō veni:
sed est verus qui misit me quem
vos nescitis. Ego scio eum: et si dixe
ro quia nescio eum: ero similis
vobis mendax. Sed scio eum: quia
ab ipso sum: et ipse me misit. Qe
rebant ergo eum apprehendere: et
nemo misit in illa manus. Quia
nondum venerat hora eius. De ple
bis autem multi crediderunt in eum
et dicebant. Christus cum venerit
numquid plura signa faciet quam
quae hic fecit audierunt pharisei
turbam murmurantem de illo hec
et miserunt principes et pharisei
ministros ut apprehenderent eum.
Dixit ergo eis ihesus. Adhuc mo
dicum tempus vobiscum sum: et va
do ad eum qui me misit. Quere
tis me et non invenietis: et
vbi sum ego vos non poteritis ve
nire. Dixerunt ergo iudei ad se
met ipsos. Quo hic iturus est:
quia non inveniemus eum. Numquid
in dispersionem gentium iturus est
et docturus gentes. Quis est
hic sermo quem dixit. Quaretis me
et non invenietis: et vbi sum ego
vos non poteritis venire. In no
uissimo autem die magno festi
uitatis stabat ihesus et clamabat
dicens. Si quis sitit: veniat ad
me et bibat. Qui credit in me
sicut dixit scriptura. Flumina
de ventre eius fluent aquae
viue. Hoc autem dixit de spiritu
quem acceperunt credentes
in eum. Nondum enim erat spiritus
datus: quia ihesus nondum erat
glorificatus. Ex illa ergo turba
cum audissent hos sermones eius.
dicebant. Hic est vere propheta. Alii dicebat

hic est christus. Quidam autem dice
bant. Numquid autem a galilea venit
christus. Nonne scriptura dixit: quia
ex semine dauid. et de bethleem
castello vbi erat dauid venit chris
tus. Dissensio itaque facta est in
turba propter eum. Quidam autem ex
ipsis volebant apprehendere eum
sed nemo misit super eum manus.
Venerunt ergo ministri ad pon
tifices et pharisaeos: et dixerunt
eis illi. Quare non adduxistis eum.
Responderunt ministri. Numquam sic
locutus est homo: sicut hic homo
Responderunt ergo eis pharisei.
Numquid et vos seducti estis. Nu
quid ex principibus aliquis credidit
in eum. aut ex pharisaeis. Sed turba
hec quae non nouit legem: ma
ledicti sunt. Dixit Nicodemus ad
eos: ille qui venit ad eum nocte
qui vnus erat ex ipsis. Numquid
lex nostra iudicat hominem: nisi
prius audierit ab ipso et cognouerit quid fa[illegible]cat. Respo
derunt. et dixerunt [illegible] ei. Numquid
et tu galileus es. Scrutare scrip
turas et vide: quia a galilea
propheta non surgit. Et reversi sunt
unusquisque in domum suam.

Ihesus autem perrexit in mon
tem oliueti: et diluculo iterum
venit in templum. et omnis
populus venit ad eum. et sedens
docebat eos. Adducunt autem scribe
et pharisei mulierem deprehe
sam in adulterio: et statuerunt
eam in medio: et dixerunt ei
Magister: hec mulier modo deprehe
nsa est in adulterio. In lege
autem moyses mandauit nobis hu
iusmodi lapidare. Tu ergo quid
dicis. Hoc autem dicebant tem
tantes eum: ut possent accusare
eum. Ihesus autem inclinans se
deorsum: digito scribebat in